# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Apostoli t

cum fonte primo

Scimus quod uiri isti nec sibi uixere, nec sibi sunt mortui, sed ei qui pro ipsis mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illum.

Pro nobis facit eorum uita, eorum doctrina, eciam et mors ipsa; et enim conuersione eminenciam, in predicacione sapienciam, in passione sua pacienciam nobis beati apostoli contulerunt qui eciam usque hodie conferre non cessant misericordia pleni et sanctarum oracionum fructibus.

Bernardus ibidem (in sermone apostolorum Petri et Pauli).

Scimus enim quod viri isti nec sibi vixere, nec sibi sunt mortui, sed ei qui pro ipsis mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum iustitia, quando ipsa quoque, sicut ostensum est, tantum profuere peccata? Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam et mors ipsa: etenim in conversione continentiam, in praedicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis beati Apostoli contulerunt. Quartum usque hodie conferre non cessant misericordia pleni, quod est sanctarum fructus orationum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in sollemnitate apostolorum Petri et Pauli*, 3.5 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.200, ll.20-27).